



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117824

§. 50. Epistola ad Possessorem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

§. L.

Epistola ad Possessorem.

Sæculum VI.

A. C. 520.

Postquam memorati Monachi plus anno
Romæ fuissent, haud æquo animo dis-
cedentes Constantinopolim reversi sunt.
Papa sapienter prospiciens, homines hos
contra se ibi querelas allatueros, per Lit-
teras monuit Episcopum Africanum Pos-
sessorem, qui ibi degebat, ut dictum est. *to. 4. Conc.*
Possessor ad Papam Litteras dederat con- p. 1529.
sulens, quid de Scriptis Fausti Rejensis
Galli tenendum in hæc verba: *ad Caput*
nobis configiendum est, quando membro-
rum sanitas periclitatur. Aliquis ex
Eratribus nostris Fausti Libri de Gratia
offensioni sunt, alii eos defendunt. Men-
tem meam exquirentibus respondi; Epis-
coporum Libros non eo loco habendos esse,
quo leges, aut Scripturæ Canonice, aut
Conciliarum Decreta, sed tanti æstimandos
esse, quanti valerent, Salva Fidei Regula.
Ipsi hoc meum responsum ita acceperunt,
quasi sententiam meam candide edicere nol-
lem. Itaque mitto tibi Diaconum meum
Justinum, & rogo, ut Auctoritate Apo-
stolica aperias, quid de Libris hujus Scri-
pторis sentias. Idque te facturum multo
magis credo, quod Filii tui Vitalianus Mi-
litiae Magister, & Justinianus, tuo Re-
sponso doceri percipient. () Possessoris*
Epistola

(*) Justinianus Disputationibus Theologicis
nimium

Sæculum VI. Epistola 15. Kal. Aug. Rustico Consula.
A.C. 520. tum gerente id est 18. Jul. anno 520. redita est.

Vitalianus hoc anno cum Rustico
Marcel. Chr. Consul erat. Ecce vero! septimo sui
hic. Consulatus Mense, nempe eodem Mense

Julio, Constantinopoli in Regia septen-
decim vulneribus confossus nefanda pro-

Evagr. IV. ditione cecidit, nam Justinus Vitalianum
hist. c. 3. sibi esse carissimum in illum usque diem
simulaverat. Tetrum facinus ab homi-
nibus Justiniano devotis peractum credi-
erunt. Etiam populum Constantino-
politanum malorum, quæ Vitalianus

Theoph. an. regnante Anastasio urbi intulisset, me-

2. Just. morem suisse dicebant.

Hormisdas Papa Epistola 13. Aug. da-
ta Possessori respondit; sed priusquam
ad Quæstionem de Gratia mentem expli-
cet, de Monachis Scythiae scribit; esse
Pseudo-Monachos, qui Religionis obten-
tu execrabile odium explere cuperent.
Putavimus, inquit, homines hos nostra Pa-
tientia sanari posse; sed sunt rixarum
Hormisdæ amantes, nova querunt, erroribus suis per-
Papæ Epi-
amantes, nova querunt, erroribus suis per-
stola.
tinaciter inhærentes. Catholicos non re-
putant illos, qui opiniones Patrum sequun-
tur, nisi & ipsorum sectentur stultitiam.
Homines improbi calumniandi arte, de-
tracio-

nimum delectabatur. Laicum oportet simpli-
citer credere.

tractionibus, commovendis Seditioibus Sæculum VI.
 exercitatissimi. Temerarios hos nec ad- A.C. 520.
 monitionibus, nec mansuetudine, nec Au-
 toritate in officio continere potuimus. Eo
 usque audaciæ prorumpere ausi sunt, ut in
 Cætus populi se ingererent, & consistentes
 apud Imperatorum statuas tumultum exci-
 tarent. Et profecto nisi Populus fidelis
 obstatisset, schismatis causa extitissent; at
 Deo adjuvante ejecti sunt Pacis hostes.
 Hæc oblata occasione vobis scribimus, ne
 si forsitan ad vos devenerint, fallant igna-
 ros, quantum Romæ peccaverint. Hæc
 de Monachis Scythis Papa. Nullam in
 ipsos fert Sententiam, nulla Censura per-
 stringit, nihil circa Propositionem, quam
 defendebant, decidit, quamquam eam
 damnare videatur. Tum prosequitur,
 oratione semper ad Possessorem directa:
*Quod ad illos spectat, qui te super scri-
 ptis Fausti cuiusdam Episcopi Galliæ con-
 suluerunt, hæc respondeo: hunc Scripto-
 rem non recipimus, & nullus eorum Scri-
 ptorum, quos Ecclesia Catholica Patribus
 non accenseret, ambiguam Disciplinam red-
 dere potest, aut Religioni ullenus noce-
 re.* Hormisdas Papa in hoc loco vide-
 tur advertere ad Gelasii Antecessoris sui
 Censuram, qua Libri Fausti Rejensis tan-
 quam Apocryphi notantur. Addit Pa-
 pa: *non reprobendantur illi, qui ejusmo-
 di libros legunt, sed qui Doctrinam sequun-
 tur,*

Sup. XXI.
 §. 35.

Sæculum VI. tur, nam sæpe illis ad refellendos eosdem
A.C. 520. errores utimur. Itaque videmus, Librorum Censuram tunc ideo tantum fuisse latam, ut Lectores monerentur, & sibi caverent, non vero, ut ipsa Lectio interdiceretur. Papa ulterius dicit: *Quod Ecclesia Romana* (id est Ecclesia Catholica) *sequitur, & docet de Libero Arbitrio, & Dei Gratia, quamvis ea in diversis Libris S. Augustini unusquisque discere possit, præsertim in Libris ad Hilarium, & Prosperum, nihilominus aliqui hujus Doctrinæ Articuli in Ecclesiæ Tabulis reperiuntur, quos mittam tibi, si non habebas, & id necessarium putaveris.* Hæc Epistola 13. Aug. anno 520. data est.

§. LI.

*Joannis Episcopi obitus. Epiphanius
Episcopus Constantinopolitanus.*

Interea Joannes Patriarcha Constantinopolitanus sub initium ejusdem anni 520. fatis functus erat, cum Sedem hanc tenuisset annis ferme tribus, & in ejus locum 25. Febr. Epiphanius Presbyter ejus Cellularius electus fuerat. Dio-

*Sup. 5. 34. rus Legatus sine mora hæc perscripsit ad
Theoph. an. Papam, qui Epiphanium amice increpa-
2. Just. p. vit, quod cunctaretur sibi scribere, & Le.
142. Sug. gatos pro more mittere. Ita Papa nihil
Diosc. pag. suæ Dignitati, & Potestati detrahi existi-
1513. mabat,*